82

83

1511. d. 19. Maij

Sigism: 1. Rex Polon: Joanni Laski Archi Eppo Gnesnen:

Rm̃e &c. Venimus huc ad componendas res Lithuanicas et convenerunt ad Nos Consiliarij Nri Magni Ducatus Lithvaniae, cum quibus jam de statu hujus Principatus consilia inibimus. Cupiunt quidem ipsi, ut Vilnam proficiscamur, sed nollemus eis in hoc obsequi, advertentes, quod commodior omnibus Dominijs Nris Nra praesentia hoc in loco, in quo nunc commoramur, esse potest. Credimus autem quod negotia hujus Principatus in bona Ordinatione constituemus praesertim, quod invenimus non adeo esse primores hujus Principatus esse discordes, sicuti ferebatur Paternitas autem Vra Rnda admitatur, ut res Prussiae etiam in bonum statum redigat, et quidquid Nobis utilitatis facere poterit, hoc etiam sicuti de eadem plene confidimus, curet. Datum ex Brzescie Lithvanico Die Decima Nona Maij, Anno Domini 1511.